



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

139 Aistulphi Longobardorum Regis sacrilegi miserandaus interitus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

signis, & & prodigijs, quæ non rarò Deus ostendit in eos, qui ecclesiarum immunitatem violare præsumunt, de qua re ait, *140* multa legi apud Tilmannum Brendembachium *in lib. 5. sac. cellat.* & extare insignite testimonium Basiliæ Prophirogeniti Græcorum Imperatoris apud Balsamonem in Nomocanone Phoci in comment. canon. primo Synodi Constantinop. primæ, & secundæ, quam nos latini octavam Synodum appellamus, omnium ejus tempore calamitatum culpam conferentis in legem quandam Nicephori Phocæ prædecessoris.

138 Ex quo lex, ¶ inquit Basilius, ista robur habuit, nihil boni penitus in hodiernam usque diem vitæ nostræ contigit, sed potius è contrario nullum omnino genus calamitatis defuit. Itaque legem illam meritò irritam esse voluit, ac penitus abrogavit, *ut in 2. controv. gen. cap. 29. circa fin. vers. quintum argumentum, de cler. libro primo, tomo secundo, &*

139 Aistulphus Longobardorum, Rex ¶ qui nimis perfide testamenta dono prædecessorum ejus Beato Petro collata præripuit, & facultates Ecclesiæ Romanæ militibus suis dedit, divino judicio, dum venatum perguit, subito percussus interiit, ut scribit Ado *in Chron. anni 1227.* quem citat idem Bellarm.

in 3. controv. gener. lib. 5. cap. 9. §. de Aistulpho, tom. 1. arg. text. in cap. Anastasius, & Federicus II. Imperator Siciliae & Apuliae Rex contra libertatem matrimonii constitutiones edidit, quibus prohibebatur, ne feudatarii aliivè ejus subditi uxores ducere possent, aut filias, sorores, aliasvè consanguineas matrimonio collocarent sine ipsius Regis licentia, unde justo Dei Iudicio factum fuit, quòd semen ejus non est super terram; ut testatur Matth. de Affl. ct. ead. rubr. 20. de uxor. non ducen. num. 6. & in pralud. constit. §. nos itaque, num. 6.

Ideo, quòd idem Imperator inquit, id fieri in conservationem honoris sui diadematis, potius dicendum est, id sibi præparasse in destructionem animæ, ut argutè vertit Andr. de Iern. *in constit. Regni in eodem tit. de uxor. non ducen. in ver. honorem, num. 60. pag. mibi 232.* cum per obliquum matrimonia à Deo instituta in Paradiso prohibere conaretur, *cap. 2. §. his ita, 32. quasi, 2.*

Vnde talis lex non ligat in foro Dei, Idem Iern. *ibidem*, ultra quòd fuerunt etiam postea per Caro. 2. ejusdem Sicil. Regem revocata, *ut in cap. item statui-mus; quod Comites, & cap. item servetur.*

DE CONFRATERNITATIBVS.

Cap. II.

S V M M A R I V M.

- 1* Clemens Papa VIII. modum, & formam, etiam erectionum confraternitatum, quare instituerit
- 2* Regulares salutatem aggregandi habentes
- E e e